

Tractatus Decimus nonus.

Cōfert etiā s̄m ipsuz sessio facta in iure leporis: nā eius operatio est p̄xima virtuti vulpis. Proprietate autē p̄ferēdi h̄z in oībus eis cinis ossiū hoīs mortuiz: Gal. dixit q̄ datur in potu. **A**d oēs autē eos antiquos q̄n ad superficiem trahere volumus sinapis mixta cū caricis superponat. **V**icit autē q̄ semen raffani est valde bonū z expellit pulsationez q̄ est in eis. **E**t kirādus dixit in hoc casu esse validū remediū p̄fectionē eius scriptū supra cap. de fluxu materiez ad oculos. **E**t dixit tollat mustella q̄ inuenit mortua z coq̄tur donec dissoluat z cū cera q̄ sufficit z oleo fiat vnguentū: hec est magna medicina ad arteticos z oēs passionē neruoz z flegmones pedū z articuloz z oēm reumatismū. sanat etiā scrophulas magnas z vlcera z testiculos. **E**t iterū q̄ adeps puloz vulturis cū adipe porcino mixtus iuuat arteticos tremulatos z infrigidatos z podagricos z stomaticos z paraliticos. **R**adix etiā altee cū adipe anseris cōfert. **A**d oēs autē dolores mēbroz neruoz succ^o marubij cū melle inunctus est optimus. **C**ōfert autē eisdē oīs vrina z maxie vrina capraz. **A**ssa etiā bibita cū aq̄ granatoz cōfert sicut infra dices de attritionib^o lacertoz. **A**d oēs autē inflationes neruoz z articuloz vitellū oui crudi cū lana impositū est vltimū. **E**t filtr eodez modo valet ad tumores z oīa loca percussa. **A**d oēm quoq̄ dolorē z tumorē neruoz fiat cataplasma ex sc̄da specie arthemise q̄ vocatur tegetes z vulgarter matricaria trita cum oleo nam mirifice sanat. **A**d hoc autē z idē folia plātiginis minoris cū sale sunt optima. **A**d dolores autē oīuz ossiū z claudoz z assidratoz fiat auxiliū de testudine dictū supra caplo de paraleli. **O**mnes autē dolores mēbroz ex frigore: betonica trita z imposita mire sanat. **D**olores autē oēs neruoz tollit centaurea

Cinis ossium
ho. mor.

Sinapsis.
Semen raffani.

Mustella
morta.

Adeps pulli
vulturis.
Radix altee

Succus marubij.
Urina.
Assa.

Vitellum oui
crudum.

Matricaria.
Plat. minor.

Betonica.
Centaurea
morta.

De disponibus iuncturaz.

pidu

minor & bibita & emplastrata. **C**larationes autez
 oēs mebroz folia vitis nigre cataplasmata mire me
 dentur. **C**Sedat aut̄ dolores dorſi factos a ventosi
 tate inſuctio facta ex adipe aſini & maxime ſilueſtris
 qui cū oleo coſtino more emplaſtri ſupponit. **C**Ad
 eūdez aut̄ ſfert maiorana q̄liter cunq; administrata.
CDolorem etiā dorſi tollit decoctio ſpargi bibita.
CDixerūt etiā q; roba diſrumpit vētoſitates im
 pedientes in dorſo. **C**Eundē aut̄ tollit cerotuz fa
 ctum cuz ſucudo: qd̄ aut̄ ſit ſucudus dictū eſt ſupra
 caplo de puocatione menſtruoz. **C**Ex dixit Raſ.
 q; ſepū vñ ſfert ventofitati ſlegmatis crudi & dolo
 ri dorſi. **C**Pillule ad idē. ℞. aloes agarici añ. ʒ. j. s.
 ſemis harmel. i. cicute. ʒ. ij. cologntide. ʒ. ij. s. ſaliſin
 di turbit añ. ʒ. j. ꝑficiātur pillule cū aqua porri. Do
 ſis eſt a. ʒ. j. vſq; ad. ʒ. ij. ſferūt etiā in dolore renum.
CAd oēs aut̄ iuncturaz durities armoniacū illas
 approprietate diſſoluit. **C**ſfert oleū bibitū cum
 alijs medicinis & cū alijs medicinis mixtū: & empla
 ſtratū cum pice & melle idem facit. **C**Et dixit Gal.
 & oēs qui ſecuti ſunt eum teratur caſeus vetus cū
 oleo aut cum aqua decoctionis pedum porcoz ſali
 torum & fiat ſuper duritiebus & nodofitatibus em
 plaſtrū: nam illas rumpit & extrahit ab eis quod eſt
 ſimile gipſo ſine impedimēto & eſt valde magni iu
 uamenti. **C**ſfert aut̄ eiſdē duritieb⁹ ſtere⁹ capraz
 & pprie mixtū cū aceto aut cū farina ordeſi & eſt hoc
 ex expertis & maxime in corporib⁹ duris. **C**Ad oia
 aut̄ apata iūcturaz ſfert emplm̄ ex limatijs & pprie
 podagre. **C**Ex expertis aut̄ n̄is eſt granū reguz qñ
 teritur & cuz iure galli datur ſfert et̄ ſic datū colice
CEt itez pillule de ſarcocolla que ſunt. ℞. ſarco
 colle. ʒ. iij. turbit. ʒ. iij. coloquintide interioris. ʒ. j. s.
 zinzi. tantūdem ſaliſgēme. ʒ. j. diſſoluat ſarcocolla in
 aqua roſ. & conficiant pillule. Doſis eſt a. ʒ. s. vſq; ad

Altilis nigra.

207/1

**Adeps aſini
ſiluc.**

**Maiozana,
Spargi.
Roba.**

**Sepum vñ,
Pillule.**

207/1

**Ad ſucur
raz durities.
Armoniacuz**

**Stere⁹ capraz
rum.**

**Limatijs
Granū regū**

207/2

**P. pillulaz
ſarcolla.**

Tractatus Decimus nonus.

Pillule nre.

3. j. s. sunt. n. mirabilis i casu isto educēdo materias grossas a iuncturis anche z pulmone. ¶ Pillule at nre ad doloze arteticū. ℞. hermodactilloz: turbit: agarici añ. 3. iij. cassie lignee: nardi: gariofi. xilo balsami: carpobalsami: macis: galage: zinzi. masticio asse: maratri: anisi: saxi: fragie: brusci: spgi. rof. milij solis: salisgēme añ. 3. ij. aloes ad pon. oiuz scamonee. 3. j. cōfinciant cū succo yue vel feniculi si nō habes succus yue loco eius ponat de puluere eius sumas ex eis omni ebdemoda vt sustinet virtus patētis.

Pillule alte.

¶ Ad hanc itentionē et sunt pillule q nō valentes surgere icedere faciunt z ambulari. ℞. aloes. 3. j. scamonee qrtaz. 3. rof. rub. pstritarū sextā. 3. j. hermodactilloz. 3. s. z fiat pillule z sunt vna dohis magna z pprie cōferūt in podagricis.

Pul. noster.

¶ Puluis nre quoq vtit pseruat a dolore iuncturaz z tollit doloze si adest. ℞. carui: anisi: amoes: apij: feniculi: sileris mōtani basilicōis: flozis genestre: milij solis petrosilij añ. auz. j. s. pulegij: calamēti: piperis lō. salisgēme añ. gra. x. nucis musc. cubebe: macis: zedoarie: ligni aloes: cardamomi: masticio: myrrhe: cētrūgalli: balsamite: squāti: saluie: camedreos: camepitheos añ. auz. j. s. solij leuistici: ligritie mūdāte: gariofi. cina: momi: mirabo. citrinoy sine ossib⁹ galage: croci: ziz. spice ro. maiorane añ. 3. s. valeriane: gariofilate eupatorij: mēthe añ. auz. s. turbit albi z bene granofi z mūdāti. 3. j. hermodactilloz. 3. s. zuechari ad pondus oiuz fiat puluis. Dos. mane i matutinis cū modica aq calida vel vino.

Confectio nra.

¶ Confectio nostra ad idē. ℞. camedreos: camepitheos: radicio aristolo. gen: tiane: su: me: dauci: petrosilij. foliozū cucurbite rubie: tintoy: assari: savine: amoes omniuz añ. partē. j. seis endiue: seis plātagis añ. ptes. iij. radicio ligritie ptes. iij. seminū cōmuniū mūdātoz passularuz enucleataz añ. mediētas omiū zuecchari: duodecu.

plū oiuz. fit pfectio. **Dof.** mane a. 3. j. vsq; ad 3. ij. cū
modico vini subtilis. **¶** Pillule nre. **℞.** aloes p/
tes. x. masticis: spice: cassie. cinamomi: assari: ani. ptē.
s. mirabola. citri. z chebu. ptes. ij. s. bdelij ptē. j. fiat
pillule cū glutino draganti sicut cicer. **Dof.** a. 3. v.
vsq; ad. ix. **¶** Oleū Gal. qd ē vltimū ad arteticos
z eo vsi sum°. **℞.** costi carpobalsami: corzicū cassie
lignee oiuz añ. 3. xxx. calami aromatici buzcharam
credo qd fit testicul° vulpis abrengr. i. iufgami albi
oiuz añ. 3. xx. macropiperis. 3. viij. cordumēi: zinzi:
stafisagrie oiuz añ. 3. vj. ciperi. 3. ix. radici squinatē:
preos: amboz añ. 3. xij. blacte bisantie: folioz myr/
ti: folioz sanfuci oiuz añ. 3. x. terant oia cōtritione
grossa z ifundāt i vio boni odoris ita vt cooperiāt
ab eo die z nocte z ponant postea i olla z addat ei
aq qztū fuit vinū z ex oleo sīsamino z oleo lentisci/
no ex vnoquoq; aufat al anulasat. x. deide accēde sō
olla ignē spacio. viij. horaz deide amoue ab igne z
pmitte ifrigidari z ifunde oleū ab aq deide accipe
pp secūdā decoctionē assari: spice: amomi oium añ.
3. v. folij. 3. vj. myrrhe. 3. j. terant oia z ifundant in
vino die z nocte deide pone ea i ollā deinde ifunde
sup ea olz primū sitq; olla i q decogs ea vice pria sa
z tertā olla lipida i q ponāt medicie: z olz z accipe
ollā magnā z funde i ea aquā deide pone ollā i qua
sunt medicie: z olm incōcauo eius z accende sub
eis lentū ignē donec coquant medicie: z oleū p ca
lorē aq tūc remoueāt ab igne z coquāt itez tertio:
z accipe gariofi. blacte bisantie: nucis musca. oium
añ. 3. iij. bdelij. 3. iij. mellis: storacis: calamite añ. 3.
xxx. olei bacani. 3. s. terant medicie sicce z ifundāt
i vno die z nocte deide cola eas i ollā z funde sup
eas oleū factū z coque itez vt dictū est i duplici va
se deinde cola oleum z repone z vsui: referua est. n.
vltimuz z si ex eo bibatur soluit naturaz z extrahit

ad 3

Pillule. nre

Oleus Gal. ad
arteticos

ad sedandū dolorē iētūeraz. It mīre panis
pelli ovaz zicēriū luff. rapre ptes cybes
buliat ad spissitudine talis q ponat z sup

Tractatus Decimus nonus

Fomentū.

Unguentū.

humore crudū z cōfert colice z egritudinib⁹ viscerum. **¶** Ad dissoluendū aut durities iuncturarū fit fomentū hoc. **℞.** radicū altee senugreci folioz malue radicūz vltimi coquant omnia sufficienter in aqua z cum ipsa tepida locus diuitius fomētes postea super locūz ponat hoc vnguetūz. **℞.** fecis olei de p̄eos: fecis olei de semine lini: mucilaginis: fenu greci: pinguedis anatis: medulle cruris vituli: oli d̄ radice cucumeris afini: pinguedinis galline nū gre: armoniaci omnīū añ. dissoluat armoniacū cuz aliquo oleoz z cuz cera que sufficit fiat vnguentū.

¶ Glose.

a **¶** Ut si sumat in foema pul. preparati cum mastice in quantitate. ʒ. j. vel. s. ad minus cuz ouo for. vel in forma pillulaz z melius in casu.

b **¶** Plures curati sunt nō valentes se regere cuz oleo trifolij z quidā curatus ē cōtractus i genu cū trifolio hoc mō faciēdo suffumigia loco p̄tracto cū d. trifolij z similiter faciēdo sacculos z emplatiōes.

c **¶** Oleū de andacocha fit decoquendo cuz vino z oleo vsq; ad consumptionē vini: sed trifoliū debet esse maturum.

¶ Additiones.

¶ Contra vitii podagre z artetice. **℞.** picē grecā pulueriza subtilissime z def ante cibū coclear. s. mane z sero cū vino al. introitu mense p̄seruat enim a predicta passione z expertū est.

¶ Herba yue si pistet z cuz vitelo oui incorporet z fiat in modū fritule z i mane comedat in ieiuno p̄seruat a poda. z oi dolore iuncturarū: vti etiā pulvere eius in cibus idem operatur.

¶ Cōfectio laxatiua purgans iūcturis. **℞.** turbit boni granon. ʒ. ij. hermod. ʒ. j. diagredij. ʒ. ij. amig. dul. ʒ. ʒ. añ. ʒ. ij. fiat p̄fectio cū lib. j. zuc. p̄seruat. n.

retorta

podagre p̄sum

curatt. **C** Mirabile est remediū in passionibus iuncturaz a muliere habitū et fit in quouis loco vbi iuncture exeunt. Accipiat gallina bona quattuor annorum plena absinthio et coquat: tribus stulis aq ad duarum priu consumptione et ex hoc fiat stussa oī die bis quousq; sit liberatus semp versus inferiora fricando.

C Cap. 2. De dolore scie. *in Lem. H. H. H.*

Lacet pprie appellates dicamus dolore scie esse q in ancha incipit et per coxas et crus descendit vsq; ad pedes in modū virge. Cōiter tñ dolore oēm q est in ancha sciaticum vocamus dolores de cuius cura nūc itēdimus. **C** Voluerūt aut veteres q radix celidonie cū aq bibita maximū pstat effectū. **C** Dixerūt et q succo paucedanū cū aceto et oīo ros. mixtū fit p̄sidiū. **C** Ad idē et dixerūt. **R**. amomi: piez du re añ. misceant et supponat. **C** Stercū capraz siue siluestriū siue domesticaz cū assūgia mixtū et suppositū est p̄sidiūz singulare et maxie si cauterizet locus dolēs cū eo adusto et tandiu teneat sup loco donec eius effectū sentiat in coxa. **C** Carthamus aut impositus cū aceto et polenta est vltimū qd in hoc: est aut polēta et sauc ordei idēz. **C** Radix et gladioli optime curat illū. **C** Facit quoq; et semē cappariz bibitū vsq; ad .3. ij. cū vino mirifice pdest. **C** Kirā duo dixit q sterco leporis cū vino bibitū calō sciaticos oīo dolores despatos sanat. **C** Et dixerunt q plus factus ex flore et fructu fil' hipericon bibitus. xl. añ quattuor diebus illū dolorem sanat. Silr eius folia bibita cū hydromelle. Sz volūt q q assumūt hanc medicinam bibant post ipsam lurs aliquos aque frigide q experti sumus. **C** Succo et fructo coloquintide viridis suplin: tus iuuat valde. **C** Et succus cappariz clysterizatus multū cōfert. **C** Si

Radix celidonic.

Paucedanū.

Stercū capraz siue siluestriū.

Carthamus

Gladiolus
Cappariz.

Sterco leporis.

Hipericon.

Coloquintida.

Tractatus Decimusnonus

Pulegium aut superponat pulegij emplz & pprie montani es
Siere vacce adurit & multu pferit. **Stere** at vacaz calefactu
 in solijs & applicatu iuvat iuameto magno. **Et**
 nos qde sepius sum experti no solu hic: s; in oi
 dolore functuraz & mirabiliter operat: admiscem^o
 at sibi oleu ros. si materia calida videt fm q passio
 idicat. **Confert** at eidez & dolori dorfi si ex deco/
 ctione spargi bibat. **Si** et semper fiat clystere ex
 decoctione pisciu salitoz cofert valde. **Decoctio**
 quoq; abrotani in antiqua sciatica pferit. **Et** nos
 qde habemus secretu Gal. ad sciaticā. **R.** hermo/
 dactilloz turbit granosi buzib. & est testiculus vul
 pis sene seis carthami: medulle seis citri: pulpe co/
 loquintide añ. .3. j. terant cribellentur & conficiant
 cum butyro & melle & sumant & est fm Gale. potio
 vna sed est nimis magna. **Ad** idē autez facimus
 clystere cū decoctione seminis nasturtij. nam ipsuz
 educit san. & valde cofert. **Et** pillule etiā de sar/
 cocolla scripte in pcedenti cap. sunt in hoc quasi ex
 approbatis euacuātibus & maxime expertis.

dolori corpi

Spargi.

Pisces salit
Abrotanu
Secretum.
Gal.

Clystere.

Pillule d sar
cocolo

Capitulum. 3. De dolore coxaz & genuu.

Deo scripserunt auctores medicine q succus
Daffodilloz cū oleo mixt^o & coxis inictus do/
 lore tollit. **Radix** aut arthemisie secūde speciei
 q tegetes vocat & multi eā matricaria vocant vul/
 gariter. trita cū assungia & aceto in triduum sanat^o
Si autem scissure pp sudore fierent unde dolor
 accideret cinis solatru calciamentorum veteru fra/
 ctorum mirabilr sanat q sepius sum expert^o q idē
 facit similiter circa nates. **Dolores** aut coxarum
 qui fit in cordis eaz & est sicut contractivus curavi
 peroptime cū hoc vngūto. **R.** mucilaginis: fenu/
 greci: seminis lini añ. cū modico succi aneti & succi
 caulii & oleo violato & cera que sufficit fiat vngue.

*geh
 unger*

Effodillus.
Artemisia.

Cinere solatru
calciamentoz

10 hanting

Angucam^o

tum. **¶** Ad dolores at genuū z diuturnū tumores imponat stercoz cap cū farina ordei z pulca z mira celeritate sanat q̄ expertus suz. **¶** Gal. autē dixit i quarto tractatu hunc sermonē loquens de stercoze caprino. **¶** Ego igif in habēte i genu cronicū tumorez difficile solubilem vsus sum eo perozacartuz cataplasinari iubens ordeacea farinā imixto stercozi z mirabiliter adiutus est hō z postea subdit: q̄ in oibus similib⁹ ptibus z similibus tumorib⁹ vsus est eo similiter z multiformiter pfuit. **¶** Ego at vsus sum hys pillulis in dolore genu z mirabiliter cōtulerunt z paz sunt solutiue. **℞.** bdelij: serapini. seminis apij. aristol. roton. myrrhe: croci: cimini: ameos ana. ʒ. j. acozi: sinapis: macropiperis. ʒʒ. añ. ʒ. ij. sumi terre. ʒ. iij. aloes. ʒ. xx. penidioz. ʒ. xl. fiant pillule z cū penidys oficiant. **℞.** ʒ. ij. vel cera. **¶** Pillule etiā scripte supra cap. primo huius tractatus q̄ cōferunt ad dolorem dorsi sunt vtilis in hoc casu.

¶ Apostema at genu sedant folia scotani sedatione manifesta trita z more emplastri supposita. **℞.** requirant aut ad hunc locum ea que supradicta sunt cap. de cura dolorum iuncturarum in vniuersali.

¶ Capitulum. 4. De dolore pedum z tumore.

¶ **A** scriptum est qudē q̄ succus affodilloz cū oleo de amigdalīs inunctus pedibus dolorez ipsorum tollit z hoc expertus suz q̄ miro modo z cito efficit. **¶** Dixerunt q̄ radix secūde speciei arthemise que diciť tegetes vel matricaria comesta cum melle tam cito sanat vt vix credi possit eaz tñ habere virtutes. **¶** Ad dolore podagricuz folia ambrosiane sunt singulare presidium z est arthemisia.

¶ Folia aut chorropiō al' elitropion z est herba rabiosa ficca z apposita maxime prestat effectū. Et dicitur etiam ista herba verucaria eo q̄ verucas extinguit.

¶ Ad idē aut cum est a cā calida lac mulieris cum

Pillule.

Scotanium z
est ciprus.Succ⁹ affod.

Matricaria.

Ambrosiana

Elitropion.

Tractatus Decimus nonus.

Rasura cu/
cucurbitae.
Taphia.

podag

Acetum.

Saluta.

Rapa.

Lapis asinus.
Stercus va/
carum.

Opium.

Dermoda/
cillus.

Sal. armo.

Rane flu. &
infra.

miconio. i. papauere & cera maximū prestat effectū.
Rasura quoq; cucurbitae & maxime corticis vi/
 ridis cum pane mixta & superposita valde confert.
Ad podagram succus taphie. nam ipsa taphia cū
 olibano & cera añ. mixta & superposita magnum pre/
 stat auxiliū: sed anteq; ponatur & post cū eleuatur: &
 locus est cum aqua calida rozandus & lauandus: &
 minus etiam duabus horis dimittatur super locū.
Acetū autez cū pauco surfure mixtū & tepidum
 suppositū cōfert. **E**t dixerunt q; decoctio saluie
 & ipsa folia somētata pferunt. **N**on dubito q; in
 cā cala decoctio rapaz: & ēt ipsa rapa somētata co/
 cta cōfert. **Q**uaf ēt radix sempuue cū radice
 arnoglose & emplastref & pferit: verū dico q; si cā sit
 cala. **S**i at locus prius inungat cū melle: deide
 superaspergat puluis seisc nasturtij triti: antiquum
 dolorem podagre subito tollit. **F**los aut lapidis
 asie cū farina fabaz emplar^o multū pferit. **S**ter/
 cus aut vaccaz calefactū i solijs & calidū applicatū
 iuuat iuuamēto magno & manifesto: s; de hoc graf.
 c. j. huius tractatus. **S**i aut opiu dissoluat cū vi/
 telo oui & maxie cū lacte applicet statiz dolorē tol/
 lit hoc est in cā cala. **S**i aut fiat emplm ex her/
 modactilis statiz dolorē sedat. **E**t de eo dixit Auic.
 cū ex eo fiat emplm indurat apata: & in naturā lapi/
 deā cōuertit. **E**t est cōferēs tyriaca oibus dolorib⁹
 iuncturaz & pprie in horis fluxuū. **E**t dixit etiā
 q; pprietas salis armoiaci est pferre. **S**iat at em/
 plm ex farina ordeī cū citonijs & aceto & pferit: & p/
 hibet ēt fluxū humoz ad iūcturas q; semp perutile
 suz exptus i cā cala. **A**d hoc at caplz oleū pfrica/
 tionis plūbi de quo scriptū ē supra vñ caplo de do/
 lozib⁹ istis. imo que ibi dicta sunt hmōi cōgrue ad/
 ducant. **E**t dixerunt qdā tollant rane fluuiales
 & eniscerent & excoient & nouies cū aq; dulci lauen

Tractatus Decimusnonus.

Unguentum.
Raf.

Rafis qñ sepū capre cuz stercore capraz z croco po-
nis super podagra dissoluit doloꝝ. ¶ Et itez Raf.
in.9.tracta.alman.posuīt hoc vnguetū qđ est vtile
in resoluēdo reliqas apostematū calidoꝝ. ¶ Et est
vt cū cera dissoluta in oleo d̄ lilio admisceant mucī
lagines senugreci z semis lini. Ego vero dico qđ cō-
fert in cā frigida: z cū vsus sum in causa calida ad/
miscui cū oleo ros. fm necessitatē z inueni perutile.
¶ Ego ꝑo exptus suz in cā frigida: vt tollant ace/
ri lib.iiij. stipitū aleoz lib. j. salis lib.5.coquant vsqz
ad medietatē z fomentef locus z est hoc valde peru-
tile. ¶ Et scimus qđ pillule scripte supra cap.primo
huius tractatus qđ faciūt iacentē in lecto ambulare
ꝑferūt. ¶ Pillule quas ex secretis Sal.accepimus
qđ cōferūt podagre z oibus doloribus artencis. ¶
mirabo. chebuloz indoz: zinzibe. corticū: cucume-
ris asinini: buzaraā collogntide interioris: salisindi:
hermodactiloz aloes: sucotrini oium añ.3.j.serapi-
ni.3.ij.terant cribellent z ꝑficiātur cū aq̄ folioꝝ al-
chechingi z cū aqua aluzaraā z fiant pillule sicut
piper z bibunt sepe ex eis cū aqua calida a. 3.j. vsqz
ad.3.ij. ¶ Aliud secretū qđ est melius z tutius pri-
mo. ¶ hermodactili albi z recētis.3.j. ossium vetu-
stoz: lentium ex corticataz: turbit: sene: oiu z añ.3.5.
zinzibe 3.5.terant z cribellent: z ex hoc puluere de/
tur omni die vsqz ad.3.iiij. cum aqua cala. ¶ Pillu-
le quas in causa calida inueni mirabiles. ¶ aloes
sucotrini tertiā partē.3.j.mirabo.citrinoꝝ.3.j.alo.3.
ij.scamonee sextā partē.3.esule quintā partē.3.masti-
cis sextā partē.3.fiant pillule cū succo citonioꝝ vel
alio succo stiptico z sunt apud me due doses z mire-
operant. ¶ Fomētū n̄m ad pedes stercoreis vacini
als extremitatū sumitatū rubi gallaz cipssi z folio/
rū eius coquant in aqua coctione perfecta z fomen-
tent pedes. ¶ Luz aut tumor in pedibus remanet.

Pillule.
Pro zedoa
ria exponit.

Puluis.

Pillule opti-
me in cā cali.

Fomentum.

R. cineris: ostrachoz: cuscute: cineris spongie: eo/
quatur in vino pōrico modico aque permixto ⁊ pe/
des inde lauent semper pmissa suffumigatiōe facta
ex aceto plecto super lapides molares calidos.

¶ Additio.

¶ Suffumigiū factum ex decoctione graminis si/
militer emplastratio cum eo ⁊ facellatio aufert tu/
mores in coxis ⁊ pedibus: vt dixit fidelis se fuisse
expertum Ferrarie.

¶ Capitulum. s. De excoziationibus ⁊ scisuris que
sunt in pedibus: cruribus: ⁊ manibus a quacū/
q; causa fiant.

Scribemus nūc de excoziationibus ⁊ scisuris q̄
sunt in pedibus vnū scientes q̄ q̄cunq; illas
sanāt ⁊ a q̄cunq; causa fiant scisuris possunt manū
adaptari: ea ppter circa ea nec factū est nec fiet capi/
tulū p̄prium. **¶** Excoziationes ergo q̄ sunt ppter
calciamenta sanāt pulmo agni vel v̄si q̄n calidi ap/
plicatur ⁊ nō sinunt ea apostemari. Pulmo aut̄ arie/
tis easdē sanāt ab eadem causa factas q̄n p̄prie in cal/
caneo fiunt. **¶** Easdē aut̄ ab eadem causa factas sa/
nat cinis soleaz calciamentoz antiquoz impositus:
aut etiā si ppter sudorē fiant. Sanat etiā idē cinis at/
tritiones q̄ ppter calciamenta fiunt. **¶** Et hirādus
dixit q̄ stercoz galine recens inunctū easdem sanāt.
¶ Si aut̄ propter frigus scisure fiant adeps v̄si est
optimus eis. **¶** Et Ras. dixit q̄ cancri marini tri/
tipositi supra scisuras existētes in mēbris illis: illas
p̄stringunt ⁊ si pluribus diebus ponatur plurimuz
valet circa hoc. Idē facit cinis eius mixtus cū mel/
le cum sunt ppter frigus ⁊ etiam si sint in naribus.
¶ Cōfert etiā eis dez ⁊ ab eadē causa factis cinis vn/
gule asini emplastratus ⁊ similr epatis eius cū oleo
mixtus ⁊ superpositus. **¶** Idem quoq; facit oleuz

Pulmo agni
v̄si ⁊ arietis.

Cinis solea-
rum ec.

Stercoz galine
¶ Ad scisu-
ras ex frigoz.
Adeps v̄si.
¶ Cacti marini

Cinis vngule
⁊ epatis asini

Tractatus Decimusnonus.

Sisamum.

bullitum in cōcaua radice affodilloꝝ aut radice ar/
thanite: ⁊ est panis porcinius ⁊ superinunctū illas
sanat. ¶ Similiter autē ⁊ sisamū comestū ⁊ super/
positū illis ꝑfert. Et idē inunctio facta ex oleo eius
vt sumus experti. ¶ Sanat ⁊ rugas etiā sex passul/
li qui infra scribitur sermone de decoratione. cap. I.

Decoctio ra/
pe.

¶ Anfert etiā illas decoctio rapaz cū pes tenet in
eas illas emꝝ curat. Et idē facit rapa cocta ⁊ supem/
plastrata vel superposita. ¶ Inūctio quoq; facta ex
oleo rosa. bullito in ꝑcauata rapa cū cera sanat illas

Aqua maria
L'into cā. flu.

etiā si vlcerate existant. ¶ Aqua etiā marina calida
applicata illas sanat: sed hoc anteq; vlcerat. ¶ Li/
nis aut cancroꝝ fluuialiuꝝ superpositus illas sanat.

¶ Ego qdē dico q; vnguentū nīm perutile scisu/
ris labioꝝ scriptū supra cap. de scisuris labioꝝ. miro
modo sanat cito in manibus: ⁊ eas etiā lenificat nō
dubito etiam quin: ⁊ hoc pariter agat in pedibus.

¶ Sed ad hmoi scisuras ⁊ excozationes q; sunt ꝑ
pter frigus ꝑꝑrie in calcaneis habeo aliā experiētū
perutile vt tollat mus ⁊ scindat per ventrē: ⁊ loco
calidus applicet ⁊ teneat per noctē. ¶ Et experti

sumus: ⁊ in his q; sūt in manibus ⁊ pedibus ꝑꝑter
frigus vt tollant renes ⁊ coquātur in aq; marina: ⁊
ex ea tepida pedes: ⁊ manus lauent. ¶ Et scimus

Sandaraca.

q; sandaraca: ⁊ est vernix dissoluta in oleo rosato: ⁊
inuncta sanat easdē: ⁊ loco eius i hoc casu ponitur
harabes: sed ponitur ex eo plus pars tertia. ¶ Ideꝝ

Sene.

autē operatur ⁊ sene dissolutum silt in oleo rosa. ap
plicatum. ¶ Si quoq; orobus coquatur in aqua ⁊
ex ea fiat ablutio illas sanat. ¶ Experti autē sumus

Orobus.

ad scisuras crurium qd sumatur radix vitis albe:
aut eius sumitas terantur cū sale ⁊ superponantur.

Vitis alba.

¶ Water autem in talibus scisuris ⁊ excozationi/
bus que sunt in cruribus vtebatur purgatione cō
muni q; fit ex pillulis de quinq; generibus aut cum

Handwritten note: # f. 119

hac. ℞. seri caprini. ʒ. v. infundantur in eo mirabo.
 citrinoz. ʒ. s. sumiterre: epithimi añ. ʒ. j. dimittatur
 per noctē. postea diligēter manibus cōfricent ⁊ co/
 lentur ⁊ colatura sumatur. ¶ Durgato autē corpo
 re ablutio fiat in loco ⁊ est. ℞. capil. uene. vngule
 cabaline: barbe yrcine: extremitatū rubi lapatij añ.
 coquātur ⁊ ex eis fiat ablutio. ¶ Ad idē cuz vlcera
 tio nō est in loco. ℞. tutie climie: argenti: plumbi
 vʒi oium añ. terantur subtilissime: ⁊ cum oleo rosa.
 misce ⁊ super laminā plūbeam cum pistello plūbeo
 rādiu fricent quousq; ad spissitudinē mellis perue/
 niat: vngat locus ex eo cum pēna. ¶ Sed si vlcera
 tio sit in loco. primo gdez superaspergat puluis hu/
 iusmodi. ℞. stercozis pueri bene nutriti ⁊ exiccatis:
 pars vna: pulue. cucurbite ficce: succi liquiritie añ.
 partē. j. s. fiat puluis qui superaspergatur facta inun/
 ctione cum predicto vnguento. Et si aliqua sordid/
 ries esset in loco aliquid zucchari addatur in pul/
 uere. ¶ Epithima ad idēz cum est vlceratio. ℞. la
 ne succide combuste: ypoquistidos: succi lactuce: al
 buminis oui: añ. partem vnam sief memithe partēz
 tertiam: olei rosa. ⁊ myrtini. q. s. ad mollificationēz
 imposito modico vini granatoruz sed infra infinita
 ponentur cum de vlcerebus erit sermo que p̄cipua
 ⁊ peroptima erunt in hoc casu tam simplicia q̄z cō/
 posita ⁊ q̄ perutilia sunt in hoc casu: ⁊ ea expertus
 inueni vtilia quare de his regrat ibi. ¶ De porris
 autē callis ⁊ verucis q̄ fiunt in manibus ⁊ pedibus
 dicemus si deus voluerit in sermone de decoratiōe.
 magis. n. videt materia illa esse locus ipsoz. Sint
 ergo laudes infinite ei a quo omne bonum ⁊ omne
 perfectum donū existit qui mihi gratiam perficien/
 di hunc sermonem primum concessit.

Laus Deo.